

§. 2. Quapropter in praemissum finem Commissarii denominantur:

§. 6. Circa Styriam ex parte Croatiae et Carnioliae; Excellentissimus ac Illustrissimus Dominus Episcopus Zagrabiensis, Comes Emericus Eszterhazy, Sacratissimae Caesareae Regiaeque Majestatis Suae Intimus Actualis Consiliarius; Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Petrus Bakics, Episcopus Bosnensis, Sacratissimae Caesareae Regiaeque Suae Majestatis Consiliarius; Comes Joannes Csicuuliny; Adamus Daniel Rauch, Vice-Banus: Magister item Joannes Branyug, Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Protonotarius; Praeterea Georgius Czindery, Varasdinensis; et Adamus Oresky, Zagrabiensis et Posegiensis Comitatum Vice-Comites.

De Tabula Banali.

Articulus 27.

In Regnis pariter Croatiae et Sclavoniae singulis Annis (exceptis Feriis et Juristitorum temporibus) statoque suo loco et tempore, per Dominum Comitem Banum et universos Regnorum Status determinando: Tabula Banalis sub Praesidio Comitum Bani; aut eo absente et legitime praepedito; Locumtenentis, seu ejusdem Comitum Bani Vices-Gerentis (ad quam omnium Comitatum Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Causae, per Viam Appellationis deducendae erunt) celebretur;

§. 1. Taliterque et non secus, more etiam hactenus legaliter observato; per viam Appellationis et Transmissionis, in Tabulam Regiam; ac demum etiam abinde in continenti, ex antiqua Consuetudine in Septem-Viratum, Causarum Appellatae, earundemque Revisiones, legitime deducantur. *)

De Capitulis et Conventibus, eorundemque Officio et Personis adhibendis.

Articulus 39.

§. 13. Regii pariter, et Palatinales ac Banales; in Stationibus vero Bonorum Praedialium, per Archi-Episcopos et Episcopos conferri solitorum, etiam Archi- et Episcopales Homines; universas Relationes, aequae sub Corporali Juramento, coram Locis fide dignis facere; easdemque cum Specificatione Anni, Diei et Mensis, propriis manibus subscribere obligentur.

Juramentum Regiorum, Palatinalium, Banalium et Archi-Episcopalium Hominum post Executionem deponendum.

Ego T. Juro per DEUM Vivum, et ejusdem Genitricium Virginem MARIAM, et per omnes Sanctos et Electos DEI: Quod ego in Executione et negotio mihi

*) Huc refer; An. 1729. a. 31.